

---

2 Hostem, Romani, si ex agro expellere vultis,  
quae vomica advenit longe, Phoebo voveatis  
comiter ut fiant ludi redeuntibus annis  
publicitus stipe conlata. Ludis faciundis  
praesit qui summum populo plebeique dabit ius. 5  
Mactetur bis quinque viris Graeco hostia ritu.  
Hoc recte si faxitis, gaudebitis semper  
vostraque res fiet melior: deus exiget ille  
perduelles, placide vestris qui pascit in arvis.

---

3 (—)

Sic si faxitis, Romani, res meliores  
vestrae escunt, mage procedet res publica vobis  
ex sententia, erit victoria vestra duelli.  
Ast lucris meritis de praeda donum et honorem  
mittite Pythio. A vobis lascivia abesto. 6